

INDEX TEXTVVM, QVI CIRCA
materiam posthumi sui & alieni singulariter
in his commentarijs explicantur.

- §. Posthūmo. vers. Est autem. Insti. De lega. pagina. 1.
L. 2. §. Prius. vers. Vsq; adeo. ff. De vulg. 1. pag. 2.
L. Titius. §. Lucius. ff. De libe. & posthu. pag. 2. & 3.
L. Placet in princ. ff. De libe. & posthu. pag. 3.
L. Posthumus. vers. Similique modo. ff. De inoffi. testa. pag. 3.
L. 1. §. Sed si ex matris. ff. Ad Tertul. pag. 4.
L. Sed est quæsitū. §. Hermaphroditus. ff. De libe.
& posthu. pag. 4. & 5.
L. 3. C. De inoffi. testa. pag. 16.
L. Eius seruum. ff. De here. insti. pag. 5.
§. Seruus etiam, in fi. Insti. De here. insti. pag. 7.
L. Gallus. §. Ille casus. vers. Porro. ff. De libe. & posthu. pag. 11.
L. Gallus. §. In omnibus. pag. 14.
L. Lucius. ij. ff. De here. insti. pag. 14. & 15.
L. 2. ff. De lega. præstan. pag. 16.
L. Posthumus. vers. Hoc planè. ff. De inoffi.
testa. pag. 16. & 17.
L. Si duobus. in princ. & §. fina. ff. De lega. 1. pag. 18.
L. penul. ff. De lega. 1. pag. 9. & 18. & 19.
L. Quidam. §. fina. ff. De reb. dubi. pag. 20.
Versiculi & §. Si filium exheredauero. l. Siquis posthumos. ff. De libe. &
posthu. nouo ordine digesti. pag. 28.
L. Siquis posthumos. §. Sed si ex ea quã nephas.
ff. De libe. & posthu. pag. 29.

ERRATA.

- Pagina. 10. linea. 3. pro non quasi, lege, quasi.
Pagina. 29. linea. 14. produraret, lege, non duraret.
Pagina. 35. linea. 5. pro bono. posses. contra tab. lege, libe. præte.

Excellentissimo Principi

EDVARDO EDVARDI INFANTIS

Portugalliæ hæredi posthumo

Emmanuel Costa

Iurecōsultus.

.S.



Armen de nuptijs inclyti Eduardi, atque serenissima Isabella parentū tuorum excellentissime Princeps, olim ab adolescētē cōpositū, proxime in publicū emittere constitui. Idque non in nouum, ut Horatius consulit, sed adeo in decimum sextum annu hætenus pressi: tum quia credebam, nonnulla in eo fore, quæ vel iuuenilis ætas non cauerat, vel inuentionis ardor non expenderat: tum etiam, quia iuris ciuilis professor veritus sum eam, quæ apud nostrates Iureconsultos increbuit, opinionem, ut contendant, non esse eiusdem, leges scire, et huiusmodi studijs operam dare. Nūc vero post tot annos docendis legibus impensos, post multa in ius ciuile edita commentaria, quæ apud eruditos in pretio habentur, tempestiuum existimaui, sub illustissimi Theodosij auūculitui nomine emendatum libellum publicare. In quo et si impietate Augustissimam matrem tuam nouam nuptam, et te quoq; celebraui: eius tamen in me uxoremq; meam, quam domi aluit, innumera beneficia ex æquo postulare visa sunt in finitam quãdam deuoti erga vos animi mei significationem. Ergo quod ad presens potui, argumentum tibi excellens in iure ciuili excogitaui, quo nul